









1739.

P. 6.

1. * Silberstein et Pilnicka, Rudolphus Ferdinands, De:
Trium . . . facultatum decanis, seniores etc. . . .
ad memoriam anniversariam Rudolphi Ferdinandi
P. 6 de Silberstein et Pilnicka invitand.
2. Baermann, Georgius Burchardus. De natura quanti.
3. Bauer, Joannes Gorpheus. De veritate criminis
perpetrati corpus delicti vocari solita in adul-
terio. Programma, quo ad orationem auspicalium
invitat.
4. Bauer, Fr. Gorpheus: De investitura Ernesti et
Alberti Electoris et Ducum Saxonie de jure suc-
cedendi in Ducatus Saxonie et Montium feuda mes-
culina.
5. Born, Jacobus Henricus: De jure stuprae ac
nundinarum civitatis Lipsiae.
- 6^a Frier, Divisarius; fac. jur. procancelarius: Program-
ma, quo ad promotionem Doctoratum Ernesti Henrici
Meyli invitat.

1739.

- 66 Hoffmannus, Carolus Gottlob: Introductio in lectiones
epistolae S. Pauli, Apostoli ad Romanenses. Sect. I.
7. Hommel, Ferdinandus Augustus, fac. jur. pro cancellariis:
Programma, quo solenniter inauguratur Christiani Fridr.
Weinbergii in M. S.
8. Hommelius, Ferdinandus Augustus: De procedis legum
Justinianearum praes jure patrio antiquo in foris
Germanorum.
9. Hommelius, Ferdinandus Augustus: Verificatio et
confessio per tormenta extortae.
10. Handerikmarck, Coetus Fridericus: Ratio medicae tueri-
menta apud veteres per expositionem agrorum in
vicis publicis et templis.
11. Haestnerus, Abrahamus: De legis obligatione in
foro conscientiae simulque collegii hyberna intimati.
12. Haestnerus, Abrahamus: De reo, si sit miser abstin-
persona.

1739.

13. Kestnerus, Abrahamus: De teste Fidei.
14. Kestnerus, Abrahamus: Et conductor actionum contra locatorem ab usum rei conductae impeditam possessorem summarissimum instituire queat?
15. Kestnerus, Abrahamus: De usu actionum praesentium in duplum et quadruplum in foris Germaniae.
16. Kestnerus, Abrahamus: De merito administratore et usufructuario bonorum uxoris adhuc minorum.
17. Kestnerus, Abrahamus: An pater ad successionem filii post proclamationem e suggestu publico, nati, ante capulam sacerdotalem autem mortui, sit admissendus?
18. Kestnerus, Abrahamus: Num ob deficientem parentem (in senem, aut ob tacitam uxoris remissionem, bigamus nostri patri adficiendus sit?
19. Mencken, Frdr. Ludov.: De jure sepulchrorum - - -
familiarum atque hereditariarum quibus denique illiis non omnibus consentientibus divisione alieue alienatione.

1739.

20. Mendler, Godefridus Latoricus: De indole caussarum
miasmaticarum.
21. Mylius, Ernestus Haursicus: De citatione vasalli
et simultanea investiti. Truncus: epusque susci-
nuatione
22. Mylius, Ernestus Haursicus: De felonis ante processum
sui fidelitatis iuramentum commissa.
23. Mylius, Gustavus Haursicus: Actuaris peccatus circa
sententias et decisa.
24. Mylius, Gustavus Haursicus: Actuaris peccatus in
coursis appellacionis
25. Neuhaus, Dr. Wendelius: De oberatis debitoribus
ad legem Petilianam.
26. Rechenberg, Carolus Otto: De fac. jus. pro cancellario
Programma, quo solemniter inauguratus Dr. Wendelius
Neuhausii in D. S.
27. Rechenberg, Carolus Otto, fac. jus. pro cancellario: Pro-
gramma, quo solemniter inauguratus Fran. Wilhelm. Treber
in D. S.

1739.

28. Rivinus, Dr. Florens l. b. s. p. d. : Programma, quod
et Disputationes publicae innotat.
29. Rivinus, Johann Florens s. p. d. : Programma, quod
et Disputationes publicae innotat.
30. Rivinus, Joann. Florens, fac. jur. pro cancellario :
Programma, quod solenniter inauguraverit Jacobi
Henrici Bornii in D. G. B.
31. Rivinus, Dr. Florens : De effectu confessionis
superatis tormentis sponte factae.
32. Rivinus, Dr. Florens : De clerico canticante.
33. Schudemann, Zacharius David : De quibus Linguae.
34. Sieber, Joann. Guptimus : De argentariis eorumque
improvisis officiis.
- Siegel, Dr. Gullub : Diarbitro ex justitia Co.
manii et Germanicus. 2 Exempl.
36. Thomarius, Franzell : An velitor pecuniam ab bene-
ficio compellatur uti et judicatum sed non tunc

perceptum alteri donare possit?

37. Weidlichius, Christiani Gollapert: De praescriptioe
in statu naturali considerata.

hinc

CHOLZ, Sagan sicut Joannem Lins conuincit
Lins, domo hinc



19

1739, 7

1739

PROCANCELLARIVS
D. FERDINAND AVGVST
HOMMEL

INSTIT. IMPER. R. P. O. ET FACVLTATIS IVRID.
ASSESSOR

SOLLEMNIA INAVGVRALIA
CANDIDATI NOBILISSIMI
CHRISTIANI GODOFR. WEINBERGII

FVTVRO DIE III. SEPTEMBRIS
IN AVDITORIO PETRINO
PVBLICE CELEBRANDA

INDICIT.

*De V. H. difpofitio contractuum secundum
ius romanum*



PROVINCIALIARIUS
D. FERDINAND AVGVST
HOMMEL

INSTIT. IMPER. P. N. O. ET FACULTATIS IVRID.
ASSESSOR

SOLLENNIA INAUGVRALIA

CANDIDATI NOBILISSIMI


CHRISTIANI GODOFR. WEINBERGII

EVTVRO DIE III. SEPTEMBRIS

IN AVDITORIO PETRINO

SVB SVBICE GELBRANDA

INDICT



ta memo
neris, quae
cidar memor



Cambium ad quam conventionum classem sit referendum, non eadem omnium opinio est, pro permutatione alii, alii pro mandato habere malunt, sunt e contra, qui ex memoratis et pluribus forte contractibus aliis mixtum negotium esse perhibent, sed quicquid horum sit, cum non nisi interueniente scriptura celebrari possit, ad literales contractus cambium referre nullus dubitarem, nisi reclamaret communis Ictorum schola, qui vno quasi ore tradunt, hodie nec literales nec verbales, nec reales dari contractus, sed totam istam distinctionem simul cum plerisque aliis pactorum diuisionibus hodie esse otiosam, contractus apud nos omnes esse consensuales, et ex quavis conuentione ferri dari actionem, ad simplicitatem iuris naturalis iam reuersos nos esse, vel potius istas Romanorum tricas, vt vocant, in Germaniam nunquam esse admittas, exuberanti Germanorum fidei refragari aiunt, in pactis rite initis poenitentiae locum relinquere,

IV

quere, ad Tacitum prouocant, qui Annalium Lib. XIII. Cap. LIV. nullum mortalium armis aut fide ante Germanos esse, testatur. Ego vero non obstanti communi isto Doctorum dissensu, omnes conuentionum diuisiones et species, quae in iure Romano occurrunt, (sola forte verborum obligatione excepta, hanc enim ab vsu recessisse, et pacta, quae absque stipulatione Romanis erant nuda, hodie sine sollemnitate ista subsistere, negare non possum) etiam hodie suam habere auctoritatem, intrepidus assero. Pleraque istarum distinctionum in ipsa rei natura et naturali iure habent fundamentum, et sic aequè minus apud nos, ac apud quascunque Gentes alias vsu destitui possunt. Non dicam in praesentiarum de diuisione in contractus veros et quasi, in pacta expressa et tacita, realia et personalia, unilateralia et bilateralia, obligatoria et liberatoria, iudicialia et extraiudicialia, publica et priuata, has enim et eius generis alias eundem hodie, quem olim apud Romanos, habere vsu, nemo facile in dubium vocauerit, sed dicam de distinctione in pacta nuda et non nuda, in contractus nominatos et innominatos, in reales, verbales, literales, et consensuales, hasque diuisiones omnes eundem apud nos hodie, quem olim apud Quirites, habere effectum euincam. Ad primam igitur distinctionem quod attinet, pacta quidem quae olim nisi stipulatione accedente erant nuda, hodie etiam sine ista producere obligationem modo indicauimus, propterea tamen tota ista diuisio penitus sublata non est, restant utique pacta, quae, ut ut serio inita, nuda tamen sunt, et ex neutra parte pariunt actionem. Exempla desideras? dabo. Sponsalia absque consensu parentum, aut si isti deficient, sine testibus contracta, clandestina sunt, et pacta nuda, si enim vel maxime quis se ea celebrasse non inficietur, ad horum tamen

ta mien
neris, quae
cidat, memoriam tam benefeci Viui, ex T...

tamen consummationem inuitus non compellitur. Contractus Emphiteuticarius in re Ecclesiastica, nisi scriptura accesserit, nihil operatur. *Nov. VII. Pr. Nou. CXX. Cap. V. MEV. P. III. Dec. CGLXXIX.* Quodsi hic igitur sine scripto nullus est, vt loquitur cit. MEV. sequitur inde, ad pacta nuda eum esse referendum, quorum ea natura est, vt nisi vel verborum aut scripturae sollempnitate, vel simili adminiculo quasi vestiantur, obligationem non producant. Atque in hunc censum venire quoque videtur contractus sub expressa conditione, ne aliter quam scriptura accedente valeret, inuitus, scriptura nulla postmodum secuta, pactum de vendendo generale, ite de transigendo, de re apud alterum deponenda, de deposito ante certum tempus non repetendo, quippe quae et eius generis alia, quia obligationem non producant, ad pacta nuda non immerito forte retuleris. Secunda diuisio, quam vindicandam nobis sumimus, est contractuum in nominatos et innominatos. Hos ab initio statim hodie obligare, nec poenitentiae vllum apud nos esse locum, vulgo sibi persuadent, indeque conditionem causa data causa non secuta, quae propria est contractibus innominatis, hodie rariorem esse coniciunt, vid. inter alios STRYCKIUM, Iuris Romani de cetero satis aequum aestimatorem, *in V. Mod. Pandect. ad tit. de condiel. caus. dat. caus. non sec. §. III.* Ego e contra nullam haec quoque in parte inter ius Romanum et praxin hodiernam deprehendo diuersitatem, quin potius memoratam conditionem iisdem casibus, quibus olim compete-
 1) quod causa non secuta ob moram vel culpam ipsius accipientis,
 2) ob poenitentiam dantis. di Priori casu conditioni ho-



VI

die locum esse omni caret dubio. **no** Finge Titio me dedisse librum ea lege, vt mihi vicissim anulum det. Titium vero anulum vendidisse tertio; aut, qui casus est in l. 7. §. 1. D. de Condict. caus. dat. etc. fundum dotis nomine me tradidisse Seio. Seium nuptias postmodum recusare, competere mihi conditionem ad librum aut fundum traditum restituendum nemo ibit inficias. An vero altero quodque casu ob poenitentiam scilicet dantis repetitioni locus non aequè videtur expeditum, sed nec hic quicquam dubii superesse crediderim, modo casus recte formetur. Quæritur nempe an in contractibus innominatis hodie poenitere liceat paciscentibus, quamdiu alter promissioni nondum satisfecit, ita vt ei quoque, qui ex sua parte contractum adimpleuit, integrum sit, conditione causa data causa non secuta id quod datum erat repetere? Fac ergo Titium decem promississe sartori vt vestimentum ipsi conficiat, poenitet vero ipsum consilii, quia forte pecunia non est in promptu ad comparandum pannum, aut quacunquè de causa alia, an sarcinator promissam mercedem nihilominus petere, aut forte Titium inuitum compellere poterit, ad emendum textile? valde dubito, naturali enim aequitati repugnaret, sartorem damno Titii fieri locupletiozem, et lucrari mercedem opera nulla praestita, hoc sane vel simili casu ne instituere quidem hanc actionem quisquam quod sciam ausus est, tantum abest, vt reum hoc iudicio condemnatum esse vnquam meminerim. Quod si e contra sartor operam promissam praestitit et vestimentum concinnauit, tunc denum ipsi dabitur actio ad consequendam mercedem, secundum naturam contractuum innominatorum. Hoc si quacunquè de causa displicet forte exemplum, en! cape tibi aliud. Centum dedi Caio

sib

vt

ca. m. m.
neris, quae

cidat. memoriam tam bene feci Vini ex Titio...

ut Capuam proficiscatur, aut aduocato, ut expensas li-
 tis inde exsoluat, iam itinere opus non habeo, lis trans-
 actione sopita est, Caium vel aduocatum ad pecuniam
 acceptam restituendam compelli posse non est quod du-
 bitemus. Sed ponamus, inquis, Titium iter iam praes-
 tuisse et varios sumtus in illud erogasse, fingamus Me-
 vium Sempronio spondidisse mille, ut aedificium iuxta
 modum conuentum ei exstruat, Sempronius operarios
 conduxit, tigna et lapides sumtu suo comparauit, iam
 Meuius mutat consilium, reuocat contractum, an poe-
 nitentiae erit locus, an non potius Sempronio dabitur
 actio ad interesse aut praestandam indemnitate[m]? Dabi-
 tur utique, non contendo, sed hoc casu datur quoque
 de iure Romano, secundum quod in contractibus inno-
 minatis poenitentia non aliter admittitur, quam si res
 adhuc sit integra, aut indemnitas feruetur alteri, per textus
 expressos in *l. 5. pr. et §. 2. D. de Condict. cause. dat. etc.*
 Sed aliud obiciis exemplum: Famulum promissa merce-
 de ad annum conduxit Meuius, aut cum auriga con-
 traxit de mercibus pro certo pretio aliorum transue-
 hendis, hic, inquis, si vel maxime a contractu etiam re-
 adhuc integra resilire voluerit, ad exsoluendam merce-
 dem nihilominus tenebitur Meuius. Sit ita, concedam
 Meuium teneri, sed quid hoc ad quaestionem praesen-
 tem? Non subest in datis exemplis contractus innomi-
 natus do ut des, ut tibi forte videbitur, sed locatio con-
 ductio operarum, quae est contractus nominatus et de
 iure Romano quoque poenitentiam excludit. Quod si
 igitur contractus innominatos a locatione conductione
 reliquisque nominatis rite distinxeris, et in innominatis
 de iure Iustiniano quoque poenitentiae locum non esse,
 nisi re adhuc integra, probe pensitaueris, de veritate as-

VIII

ferti nullum supererit dubium. Deuenio demum ad tertiam eamque vltimam diuisionem contractuum, in reales, verbales, literales et consensuales. Consensuales quidem apud nos dari, in confesso est omnium, reliquorum vero ne minimum quidem hodie esse vsum, ad vnum omnes sibi persuadent. Sed salua res est, ad literales enim primo quod attinet, quae olim nominibus fieri dicebatur obligatio, hodie quidem incognita est, sed etiam Iustitiani aeuo nomina ista in vfu iam esse desierunt, vt ipse testatur in §. vnic. I. de litt. obl. quam autem eius loco literarum obligationem ex chirographo post lapsum biennii in dict. §. vnic. substituit Imperator, hanc eodem modo, quo apud Romanos, hodie quoque obligare, ne ipsi quidem dissentientes negant, vt adeo nesciam, qua fronte omnes hodie contractus esse consensuales dicere possint. Cambium quoque, quod anam dedit huic disquisitioni, contractus, vt credo, literalis est, ad sui substantiam enim scripturam desiderat et sine ea ne concipi quidem potest, cambialiter enim agi nequit, nisi producat ad regnoscendum scriptura, qua cambialiter debitor se obligauit. Pariter contractus Emphyteuticarius in re Ecclesiastica, cuius itidem iam supra fecimus mentionem, contractuum literalium species esse videtur, nam in hodie quoque scriptura hodie de essentia est MEVIO teste. in cit. Dec. CCLXXXIX. P. III. Restant contractus reales, hos vero omnes hodie degenerasse in consensuales, solumque consensu perfici, traditionem et contra et restitutionem ad executionem non ad contractus perfectionem pertinere, vnanimiter docent, hinc qui mutuum, commodatum etc. se daturum promisit, eum ex solo consensu ad dandum promissum obligari aiunt. Rite quidem se haec habent, sed eodem modo se habebant etiam apud Roma-

la hinc
neris, quae
cidat. memoriam tam benefici. Vini ex T...

Romanos, nam apud hos quoque qui mutuum, qui commodatum se daturum fuerat stipulatus, tenebatur. Differt nimirum pactum de mutuo, commodato etc. dando ab ipso contractu mutui, commodati etc. Contractum mutui, commodati etc. nec iure Romano nec moribus hodiernis esse perfectum, priusquam res interuenerit, vel exinde iquido constat, quod actiones ex istis negotiis descendentes ante rei traditionem non dantur. Cunctio certi ex mutuo per rerum naturam non competit, nisi mutuum reuera fuerit secutum, tendit enim ad eius restitutionem, non datur quoque actio commodati directa ad rem commodatam recuperandam, neque contraria, non actio pignoratitia, non depositi directa vel contraria, si nulla res fuerit tradita, manifesto indicio, laudatas conuentionum species, quia actiones ex iis prouenientes non competunt, ante rei traditionem nondum esse perfectas, effectus quippe testatur de causa. Satis ergo conspicua est, quae hodiernum intercedit, inter contractus memoratos et consensuales differentia, ex his descendentes actiones statim, simulac partes consenserunt, locum habent, ex realibus prouenientes non dantur, nisi post rei traditionem. Nihil ergo mutatum, moribus nostris quoad diuisiones pactorum atque contractuum in Iure Romano obuinentes, praeter solas obligationes uerborum, stipulationes namque cum reliquis contractibus uerbalibus apud nos nunquam inualuisse, dissimulare non possum, sed nescio, an non melius forte consultum fuisset Germaniae nostrae, si haec quoque Romanorum placita recepissemus, procul dubio quiescerent tot lites, quot in foro super quaestione, an reuera consenserint partes, an in nudis tractatibus substiterint, an promissio temere effusa, an serio concepta, quotidie excitari uidemus, si tale nobis

)(

super-

X
superesset criterium certum et indubitatum, ex quo di-
gnosci possit, an perfecte consenserint contrahentes, qua-
le Quiritibus erat stipulatio. Quod enim Romani non nisi
illis promissis actionem voluerunt dare, quae stipulationis inter-
posita fierent, non ea causa fuit, quia serio promissa iure na-
turali non obligarent, sed ut adhibito formularum carmine
homines admonerentur mature cogitare, an rebus suis expo-
diat promittere quod reuocari amplius nequeat, tam ut eo li-
quidius res promissae exprimerentur, ne earundem obscuritas
cauillationibus ansam praeberet. Verba sunt SAM. RV-
FENDORFII de Iure Nat. et Gent. L. III. c. V. §. XI. At-
que haec fuerunt B. L. quae in mentem veneri occasione
Cambiorum et dissertationis inauguralis de Clerico Cam-
biente, quam propediem publice ventilabit

Vir nobilissimus, Dominus

CHRISTIANVS GODOFREDVS WEINBERG,

de cuius studiis et vita laudabiliter ante acta ut publice
constet, succinctam eius delineationem more maiorum
subiungo. Natus est Candidatus noster Franckohufae,
florentissima Thuringiae ciuitate, die XVII. Kal. Augusti
anni MDIOCCXII. Patre CASPARE GVNTHERO WEIN-
BERGIO, I. V. Doct. et Consiliario Aulae Schwartzbur-
gico, matre vero ANNA IUSTINA e gente HOFFMAN-
NIANA, omnibus, quae sequiorem sexum ornant virtu-
tibus, conspicua, quorum parentum prima cura fuit, ut
filium in literis humanioribus erudiendum optimis
praeceptoribus traderent, inter quos non sine grati
animi

ta mem
neris, quae


cidat. memoriam tam benefeci Viri ex Th. l. c. p. 100.

animi testificatione Axtium atque Margraffium refert, quorum fidelissima institutione breui eo perductus fuit, vt ad ampliora contendens limina Salanae Academiae Kal. Octobr. anni MDCCCXXX. salutare potuerit, in qua Philosophiae praecepta a REISCHIO hausit, in Iurisprudentia autem DIETMARVM, BECKIVM atque BRVNOVELLVM diligenter audiuit. Exacto ibi biennio et quod excurrit, patris iussu Lipsiam petens, Magnifico KLAUSINGIO fasces tenente Idib. Maii Anno MDCCCXXXIII. Academiae nostrae nomen dedit, et ab eo tempore praelectionibus Ictorum tam publicis quam priuatis interfuit, in iisque frequentandis auditorem se exhibuit perquam assiduam. Praeprimis vero ANDR. FLOR. RIVINVM Pandectas Iuris Iustiniani explicantem auscultauit, cuius collegio disputatorio quoque vt et examinatorio ad tempus interfuit, praeterea GEBAVERVM ius feudale explicantem, MVLLERVM iura canonum illustrantem, et IOH. FLOR. RIVINVM P. P. principia praxeos, nec non artem acta iudicialia legendi, et relationem ex iis rite conficiendi, tradentem, non sine fructu audiuit. Tandem studiorum suorum fiduciam habens ordinem nostrum adiit, condigna laborum praemia decenter petens, admissus igitur ad duplex examen, tentamen alterum, alterum rigorosum vocamus, quod vtrumque ita sustinuit, vt suffragiis omnium summis in iure honoribus dignus fuerit iudicatus, vt autem eruditionem et studia publice quoque comprobet, proximo Mercurii die *Legem 2. C. de Episc. et Cleric.* in auditorio Petrino hora a meridie Ilda lectione cursoria explicabit, die vero insequenti supra laudatam dissertationem de Clerico cambiante in eodem acroaterio sub tutamine Viri Summe Reuerendi, Magnifici,
 Excel-

XII

Excellentissimi Domini IOHANNIS FLORENTIS RIVINI Codicis P. P. Summe Reuerendi Capituli Martisburgensis Canonici, Wurzensis Decani, Facultatis Iur. Assessoris et Academiae Decemviri, defendet, quibus peractis, Vir Summe Reuerendus et Excellentissimus Dominus FRIDERICVS ALEXANDER KVNHOLD, Canonicus Numburgensis, Pandect. P. P. et Facultatis Iuridicae Assessor, cui ego, ad hunc actum clementissime constitutus Procancellarius, Ordine approbante Promotoris vices delegavi, Licentiati et Doctoris Titulos ac praerogativas, sola excepta ad Facultatem nostram adspirandi spe, ritu sollemni impertiet. Cui inaugurationi, vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLUSTRISSIMI COMITES, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES, NEC NON GENEROSISSIMI ET NOBILISSIMI ACADEMIAE CIVES interesse, et hanc paenagyrin praesentia sua honorifica illustriorem reddere non dedignari velint, qua decet obseruantia et humanitate rogo. Dab. Lipsiae die Dominica XIV. post Festum S. S. Trinitatis MDCCXXXIX.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



neris, quae

sidat memoriam tam benefici Viri, et T. L.


ULB Halle
003 898 946


3



sb.







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



1739,7

NCCELLARIVS NAND AVGVST MMEL

P. O. ET FACVLTATIS IVRID.
ASSESSOR

A INAVGVRALIA ATI NOBILISSIMI GODOFR. WEINBERGII

DIE III. SEPTEMBRIS
TORIO PETRINO

LICE CELEBRANDA

INDICIT.

*in contractuum seu in
ius romanum*

